

Mercurius vita.

℞. Olei Antimonij (ex eius, & mercurij sublimati æquis partibus destillati, quantum vis.

Proijciatur in aquam purissimam, quæ ilicò lactea euadet, atque præcipitabitur puluis niueus, multiplici ablutione aquæ pluuiæ tepentis dulcorandus, & seruandus ad vsum.

TRACTATVS OCTAVVS.

De præcipitatis.

INter præcipitata hoc ferè nomine solus notus mercurius (secundum Artem) præcipitatus hoc modo.

℞. Mercurij Crudi, ℥ j.
 aquæ fortis, ℥ ij. vel (vt alij)
 partes Equales.

Fiat dissolutio in vase idoneo super cineres calidiusculos, paretur muria ex aqua pluuiæ & salis marini tanta quantitate, quantam ipsa aqua poterit

terit dissoluere, filtretur per chartam bibulam, in hanc muriam (quæ ouum immissum sustineat) effundatur Mercurij solutio, illicò præcipitabitur puluis albus, qui vsque ad insipiditatem abluatur aquâ pluuiali tepida, vltimò etiam aquâ Cardiaca, qui reponendus est ad vsus in vase vitreo, post exsiccationem.

Vel magis Compendiosè hoc modo.

R \ddot{u} . Mercurij α β .

Affunde aquæ fortis q. s. fiat super cineres, vel arenam calidam, euaporatio ad siccitatem igne forti ad extremum præcipitatus, ad externos affectus perutilis.

FINIS.



N n

EPI.